



**Iohannis Casimiri Dei gratia Palatini Rheni, &c. tutoris et
administratoris, Mandatum, de non amplius condemnando,
criminando, conuiciandóq[ue] è pulpitis Templorum,
cathedrisq[ue] Scholarum, vt hactenus à multis factitatum est.**

<https://hdl.handle.net/1874/454975>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

ff. qu.


7



وَالْمُؤْمِنُونَ

يَعْلَمُونَ





Miscellanea Theologica

Quarto n°. 157.

gostaijew - 23-9-02

1. **Contra** **lascivium** **et** **impudicum**
2. **Contra** **adulterium** **et** **fornicationem**

3. **Contra** **omnium** **peccatum**

4.

5. **Contra** **omnium** **peccatum**

6. **Contra** **omnium** **peccatum**

7. **Contra** **omnium** **peccatum**

8. **Contra** **omnium** **peccatum**

9. **Contra** **omnium** **peccatum**

10. **Contra** **omnium** **peccatum**

11. **Contra** **omnium** **peccatum**

12. **Contra** **omnium** **peccatum**

13. **Contra** **omnium** **peccatum**

14. **Contra** **omnium** **peccatum**

15. **Contra** **omnium** **peccatum**

16. **Contra** **omnium** **peccatum**

17. **Contra** **omnium** **peccatum**

18. **Contra** **omnium** **peccatum**

19. **Contra** **omnium** **peccatum**

20. **Contra** **omnium** **peccatum**

21. **Contra** **omnium** **peccatum**

22. **Contra** **omnium** **peccatum**

23. **Contra** **omnium** **peccatum**

24. **Contra** **omnium** **peccatum**

25. **Contra** **omnium** **peccatum**

26. **Contra** **omnium** **peccatum**

27. **Contra** **omnium** **peccatum**

28. **Contra** **omnium** **peccatum**

29. **Contra** **omnium** **peccatum**

30. **Contra** **omnium** **peccatum**

31. **Contra** **omnium** **peccatum**

32. **Contra** **omnium** **peccatum**

33. **Contra** **omnium** **peccatum**

34. **Contra** **omnium** **peccatum**

35. **Contra** **omnium** **peccatum**

36. **Contra** **omnium** **peccatum**

37. **Contra** **omnium** **peccatum**

38. **Contra** **omnium** **peccatum**

39. **Contra** **omnium** **peccatum**

40. **Contra** **omnium** **peccatum**

41. **Contra** **omnium** **peccatum**

42. **Contra** **omnium** **peccatum**

43. **Contra** **omnium** **peccatum**

44. **Contra** **omnium** **peccatum**

45. **Contra** **omnium** **peccatum**


46. **Contra** **omnium** **peccatum**


47. **Contra** **omnium** **peccatum**


48. **Contra** **omnium** **peccatum**

49. **Contra** **omnium** **peccatum**

50. **Contra** **omnium** **peccatum**










tert ad omne pene autem impetrare quia in illa

N. gi. C.





Y
I O H A N N I S
C A S I M I R I D E I G R A T I A
P A L A T I N I R H E N I , &c . T V T O R I S E T
E L E C T O R A L I S P A L A T I N A T V S A D M I N I S -
t r a t o r i s , M a n d a t u m , de non amplius condemnando ,
c r i m i n a n d o , c o n u i r i a n d o q u e p u l p i t i s T e m p l o r u m ,
c a t h e d r i s q u e S c h o l a r u m , ut h a c t e n u s à m u l -
t i s f a c i t u t u m e s t .



H E Y D E L B E R G A E
excudebat Iacobus Mylius,
M. D. XXCIV.

JOHNES CASIMIRVS DEI GRA
tia Palatinus Rheni, Tutor, & E
lectoralis Palatinatus Adminis
trator, dux Bauariae &c. Vniuers
itis & singulis nostris Consiliari
js, præfectis tam superioribus
quam inferioribus, Scultetis,
Consulibus, Senatoribus, Ma
gistris pagorum, aliarumque
communitatum, ciuibus, subditis & quibuscumque
alijs ad nos attinentibus & jurisdictioni nostræ sub
iectis: præcipue vero Superintendentibus, Pastori
bus, Diaconis, Præsbyteris, Ecclesiarum & Scholarum
ministris, deniq; omnibus huius nostri inferioris Pa
latinatus hominibus tum Ecclesiasticis tum politicis,
cuiuscumq; ordinis, status & conditionis sint, opta
mus salutem, nostramq; significamus & deferimus
gratiam & benevolentiam.

Postquam Nos, Dei prouidentia, legitime
nempe vigore aureæ Bullæ atq; Iuris, ad Electoralis
Palatinatus administrationem peruenimus, & quid
nostritancq; Christiani magistratus muneris sit, consi
derauimus, quod videlicet non solum verbo Dei salui
fico ad subditorum æternam ac temporalem prospe
ritatem animaq; salutem, cursum suum liberum &
rectum concedere, eumq; quantum in nobis est, pro
mouere, sed etiam omnia eius obstacula & impedi
menta, ut sunt: omnes communis Ecclesia consensu
reieoti fanatici errores, atque hactenus in suggestis
scholisq; omnis generis graues & minimè ferendæ
obtrectationes, calumniæ, condemnationes acharæ
eos in simulationes, quibus inculpati vera doctrinæ

A ij assertores

assertores de Ecclesia benè meriti viri proscinduntur
 ac diffamantur propter quasdam controversias & in Ecclesie Euangelicorum nondum decisas expositiones,
 maximè verò in negotio de Cœna Domini nostri Iesu Christi remouere atq; tollere debeamus: præsertim
 cùm huiusmodi litibus ac rixis Ecclesia Dei non extruatur, nec ad Christum adducatur, sed potius destruatur, depravetur, tenellæ conscientiæ in errorem, dubitationemq; trahantur, vinculum fraternæ charitatis disrūpatur, pótificij & alij veritatis adhuc expertes ab eius amplexu & amore deterreātur, quib' potius sancta & inculpata vita, lenitate, māsuetudine & Christiana modestia exemplū & ansa danda erat accedendi ad veram Christianam nostram religionem, ad Deum cum omnibus fidelibus laudandum & celebrandum.

Quocirca & nos hisce tām grauibus causis adducti, cum nostro pridem charissimo fratre Ludovico palatino Electore &c. piæ memoriæ (quemadmodum à charissimo nostro quondam patre beatæ memoriæ Friderico Palatino Electore & cæteris Electoribus ac principibus Augustanæ confessionis factum fuit) fraternè consensimus, mutuòq; stipulati sumus. pariter effecturos, vt iam dicta scandala, impiæ ac Christiano homine indignæ condemnationes, hæreses insimulationes & plebis concitationes prohibentur ac tollantur, id quod præfatio quoq; in euulgatam ab illo Ecclesiasticam Ordinationem disertè exprimit & fieri vult. Si qua verò controversia religiosis esset aut existeret, eam non conuicijs, calumnijs & importunis condemnationibus è suggesto ad perturbandum plebem, sed ordinaria, & visitata in Ecclesia Christi via ac ratione, nimirum Christianis colloquijs ac Synodis decisum iri.

Cum

Cum itaq; statim in principio nostræ gubernationis & administrationis Electoratus tam à subditis quam ab alijs frequentes ad nos delatae sint querelæ, quod à compluribus Ecclesiarum Scholarumq; ministris ei constitutionatq; edito, non obtemperetur, sed calumniæ, criminationes & conuicia cum vanis & malevolis insimulationibus falsorum dogmatum indies magis magisq; inualescant, ac subditi qui hanc rem tam indignam & tetram abhorrent, partimq; à talibus Ministris dissentient de Cœna Domini, non credentes eius corpus pani inclusum ore percipi, ab istis è suggesto & alibi maledictis incessuntur, probris extremè deturpantur, à sacræ Cœnæ usu arcentur, ad Baptismum susceptores infantium non admittuntur, imò quibusdā in locis etiam sepultura debita eis denegatur: quorum utrumq; charissimus frater noster pridē mortuus Elector inprobavit, fieri q; vetuit. Vnde de hoc quoq; manauit, vt ab honestis muneribus veluti senatorijs alijsq; id genus excluderetur. Ad medendum huic malo, hisce exacerbationibus, insectationibus & odijs, & ad amouendū animorū perturbationes suspicionesq; quibus homines irrequieti nostrā religionem apud simplices invisam, odiosamq; reddere conati sunt, significamus ac testamur hoc scripto pâlam non daturos locum vlli hæresi, blasphemia aut errori, quæ vel à vetere puriori vel à nostræ ætatis emendata Ecclesia communī consensu reiecta sint, vel ex reiectionis & sèpè iam confutatis erroribus deducantur, aut profluant: sed omnibus Ecclesiastis & doctoribus concessum esto & liberum, imò seueriter iniunctum, vt ea confutent, taxent, populumq; de eis cauendis præmoneant.

Quod verò attinet ad disputationem de Cœnæ sacra, super qua eosq; vtrinq; consensus & communis confessio est, quod veri & essentialis corporis & sanguinis Domini & seruatoris nostri Iesu Christi, simulq; omnium eius beneficiorum in iusto Cœnæ huius vsu certò participes efficiamur: & quod Christus Dominus noster sacræ suæ Cœnæ adsit, sicut & præconio sacri sui Euangelij: & dissensio in eo sit tantummodo (nisi quod pauci quidam homines irrequieti superioribus annis disputationem nouam de persona Christi ex libris istis contentiosis & pugnacibus conquiritam mouerunt) nimirum quæ ratione, quóue modo hæc præsentia & participatio corporis & sanguinis Christi intelligenda sit & fiat.

Nempe vtrum id corpus substantialiter in pane continetur, an verò nobis suis membris quibus Christus sese secundum promissionem coniungit & vnit, præsens sit: sicut vtraq; & Euangelium & Sacra-menta non de eo, quod vel in voce concionatoris vel in elementis occultatum est, sed quod nobis creden- tibus in iusto vsu huius ceremoniæ donatur, nobis testificantur, deq; eo certiores reddunt.

Quarum sententiarum posteriorem nos quoq; verbo Dei, fidei nostræ Christianæ veteris purioris Ecclæsiæ doctrinæ consentaneam sentimus & in confes- sione Augustana eiusdemq; Apologia & alijs publicè approbatis & receptis Ecclesiarum Euangelicarum confessionibus comprehendensam. Veruntamen volu- mus, postulamus & seuerè mandamus, vt infirmi nec- dum capaces eius, quam nos profitemur, quæq; Ca- techismo à patre nostro Friderico Electore &c. felicis memoriæ continetur, doctrinæ, & quo animo & hu- maniter

5

maniter ferantur, placide instituantur: nec quisque
alium ob eam, quam nos ex verbo Dei certam ample-
stimur doctrinam, vel in suggesto vel in scriptis sug-
gillet, condemnat, deuoneat, sicut haec tenus à turbu-
lentis hominibus factitatum est: quandoquidem in
nulla adhuc communi & legitima Synodo hæc con-
trouersia agitata & disceptata est.

Præcipue verò abstineant in suggesto à contu-
meliosis Lutheri, Caluini, aliorumq; præstantium &
de Ecclesiæ benè meritorum virorum cognominibus,
per quæ apud Pontificios & id genus alios veritatis
aduersarios de honestantur, quiescentes partim iam
in Domino, postq; dotibus diuinitus eis concessis fi-
deliter & sedulò vni sunt, ad eruendum ex tenebris
Pontificij ergastuli multorum animas, ne hoc pacto
simplicium ac tenerorum conscientiæ contristentur
offendantur perturbentur & animorum distractiones
fiant: Quandoquidem certò constat ex colloquijs &
actis Marpurgensibus anno 29. tūm verò ex VVitte-
bergensi Concordia, initaq; fraternitate anno 36. illos
ipso viros consensisse de omnibus Christianæ fidei
articulis etiam in fundamento de Baptismo & Cæna
Domini non discrepauisse, mutuoq; pro fratribus ag-
nouisse, nec secus à præcipuis Augustanæ confessionis
autoribus & sectatoribus habitos fuisse.

Interdictum quoque est huiusmodi sectarum
probrosis nominibus autoritate sacrarum literarum,
ne videlicet alij vocentur partium Cephæ, alij Apol-
lo, alij Pauli, vt nunc hic Lutheri, ille Caluini dicitur,
sed ad unum Christum, in cuius nomine baptizati, à
quo redempti sumus nos referre, ab eoq; nominare de-
bemus. Nec dicam quod istis probrosis odiosisq; ap-
pellationibus

appellationibus tām intra quām extra Romanum
 imperium sitē Ecclesiæ, quæ à pontificia tyrannide se
 se separarunt, - b ipso Pontifice sine discrimine omnes
 cuiuscunq; sint sententiæ & quæ infestentur, illisq;
 exitium struatur. Quinetiam & sacra Scriptura & di-
 lectio proximi requirit, cùm ab omnibus tūm verò
 maximè ab Ecclesiæ ministris, vt rūdis & simplex ple-
 becula moderatione & lenitate adhibita doccature ex
 verbo Dei, & Christo lucrifiat, non ab eo conuitijs &
 maledictis alienetur absterreatürue. Quantò igitur
 minùs ferre & concedere possumus vt ministri Eccle-
 siarum & scholarum in suggestis vel in scriptis alij ali-
 js falsas & hæreticas opiniones & doctrinā assignent,
 temerè ac falso imputent, & sic falso testimonium
 perhibeant, idque cum duntaxat in finem, vt veritas
 & homines innocentes hoc pasto apud vulgus tra-
 ducentur, odiosi & infames reddantur. Itaque hæc
 vt quæ nullum honestum virum, nedum Ministrum
 Ecclesiæ decent, seuerè cum denunciatione summæ
 pœnæ fieri vetamus: imprimis verò vt abstineant ab
 hac & sequentibus manifestis calumnias, quod is, qui
 verba hæc PANIS EST CQRPV S CHRISTI
 non de corpore quopiam pani inclusō, aut quod pa-
 nis non essentialiter vel substantialiter Christi corpus
 sit actale corpus orevt panis comedatur, intelligunt,
 sed SACRAMENTALITER, quod nimis
 pro natura & proprietate omnium Sacramentorum
 signum sit veri corporis Christi, quod in cibum ani-
 mæ nobis in iusto suo vsu præbetur, propterea verba
 Christi in Cœna non habeant pro veris vel vera ne-
 gent: Item quod sic DEO ET CHRISTO OMNI-
POTENTIAM detrahant: Item quod Sacraenta
tantum

tantum nuda signa & inanes representationes sint, &
 non talia, per quæ nobis idquod designant, donetur.
 Item quòd nullam Christi præsentiam in sacra Cœna
 agnoscant, docentes & dictantes, tām longè eum
 inde abesse, quantum distat summum Cœlum à terra.
 Id quòd falso de illis perhibetur, sed, hoc docent,
 quòd, etiamsi corpus Christi post eius assensum in
 Cœlum quoad locum, testantibus id Angelis, Paulo
 alijsque apostolis vnanimiter, tām procul absit à ter-
 renis istis elementis, quām Cœlum à terra: tamen no-
 bis præsens sit in hac sacra actione, quæ magis coele-
 stis quām terrestris est, in qua & omnipotens Christi
 Spiritus efficax sit, & verè præsens membra capiti
 vniat, & proinde nos ad hanc mensam diuinam se-
 cundum sententiam Concilij Necæni non defixi esse
 debemus, humiliter in proposito pane & calice rebus
 nimirum visibilibus & terrestribus: sed animos per si
 dem rursum mittere ubi Christus est, teste Paulo, se-
 dens ad extram patris, & inde eum ex parte, re-
 diturum visibili & corporali modo. Item quòd doce-
 ant, Christum vni cuiquam loco in Cœlo inclusum, &
 quasi captiuum teneri. Item quod nutriamus nos per
 hoc Sacramentum solummodo Spiritu Christi & be-
 neficiorum eius, non etiam eius corpore. Item quòd
 tantum humanas & Philosophicas rationes sequan-
 tur, & id genus aliæ putidæ ac euidentes calumniæ,
 blasphemiae, quæ huic in verbo Dei fundatae doctrinæ
 affinguntur, & ex sacris literis alijsq; firmis argumen-
 tis multoties confutatæ sunt & dilutæ.

Et quoniam ex hoc prauo intellectu pauci ali-
 quot superstitionis Doctores disputationem de omni-
 præsentia corporis Christi mouerunt, deduxerunt,

B negotioq;

negotioq; Sacramentario admiscuerunt ad proban-
 dam substantialem corporis Christi in Cœna præsen-
 tiā & oralem manduationem, qua hæc contentio
 indies maior & intricatior fit & plebi argutis & perni-
 ciosis quæstionibus ac disputationibus redditur vsq;
 perturbation, atq; illi, qui rectam de personali natura
 rum in Christo vñione ex verbo Dei & vetustis Sym-
 bolis pariter cum tota orthodoxa Ecclesia contra
 cōmentitiam istam omnipræsentiam corporis Chri-
 sti docent & tacent, grauibus calumnijs ad vulgus
 proscinduntur & deformantur, quasi erroneæ doctri-
 næ autores tradentes Christum non esse omnipoten-
 tem & proinde Arrianis cognati: Item humanam na-
 turam nihil accepisse per personalem vñionem, nisi
 vt Nestorius diuidant, dimidium duntaxat Christum
 in terra, non totum agnoscant: & quod Emanuel
 nostrum Christum non totum in vtraq; natura inse-
 parabiliter adorent & quæ huius farinæ alia commen-
 ta & mendacia in vulgus sparguntur: mandamus Pa-
 storibus & diaconis, vt de his mysterijs personæ Christi
 ex sacris literis, Symbolis Ephesino & Chalcedonensi
 simpliciter & sobriè, doceant & concionentur, ab
 populus intelligere nequit, sed quibus dubius incer-
 tusq; redditur, & quæ nativas & proprias corporis
 Christi affectiones tollunt: Item q; à calumnijs & infi-
 mulationibus, quæ nostrarum Ecclesiarum Catechis-
 mo, alijsq; scriptis antè editis plenè & planè confutatæ
 sunt, omnino abstineant, alioqui in grauem nostri of-
 fensam et in certissimam poenam incursum.
 Et quia compertum est, quod haec tenus maior

par.

Pars prædicatorum huiusmodi calumnias tantum ex alijs auditas, ad populum è suggesto declamitent, nostrorum aliorumq; doctorum libris, sicut & Augustana Confessione eiusq; Apologia non leatis; volumus & mandamus, vt Ecclesiarum Scholarumq; ministri, qui de hisce rebus docent & concionantur, diligenter ipsi legant, libros à nostris alijsq; editos perpendant, examinet, in verbo Dei, Augustana Confessione eiusq; Apologia conferant, & sicubi quod captum ipsorū excedat inuenient, de eo cum nostris Theologis & Ecclesiæ ministris placidè, amanter & Christianè confarent, seseq; erudiri patientur: quò importunæ & iniustæ condemnationes & conuitia euitentur, aboleanturq;. Præterea quum hæ in Religione dissensiones & certamina exiterint potissimum ex libris istis eristi cis & altercatoribus, hominumq; glossis atq; interpretamentis: omnes verò Christiani catholici & cùm eis nostri maiores & nosmet ad solum Dei verbum, ad prima quoq; & antiquissima Symbola itemq; Augustanam Confessionem eiusq; Apologiam tanquam verbo Dei consentanea respicimus, & prouocamus: coniungimus nostris Ecclesiarum Scholarumq; ministris, vt nostræ ditionis populum & inuentutem ex solis his communiter notis & approbatis, non ex contentiosis istis, alijs ve alieno fundamēto superstrutis libris, quocundq; nomine appellantur, hodie inter Augustanæ Confessionis status controuersa, nec, dum in communi aliquo conuentu confirmata & recepta, erudiant & ad ea duntaxat remittant, allegent & deducant: quoad tandem aliquando, mediante diuina gratia, hæ dissensiones & certamina de modò memoriatis articulis in libero ac cyniuersali Concilio compo-

nantur, & ut interea neutra pars alteram ob controveriam de sacra Coena conuiitijs maledictis insecedetur, alioquin modo infestet & laedat: sed multò magis eò omnes suas dirigant conciones, quò populus & auditores in simplici & vera pietate proficiant, ad peccatorum agnitionē & pœnitentiam & vitæ correctionem adducantur, ad mutuam charitatem hoc potissimum exulcerato & turbulentō seculo inuitentur & adsuefiant: utq; ipsi Pastores & Ministri dent operam, ut modestè mutuò conuersentur, alij alios tolerent dantes alijs speciem & exemplum, se esse membra Christi, cumq; habitare ipsorum pectora.

Postremò quia nobis innotuit esse Concionatores & ludimafistros, qui iuramentū prætexant suis criminacionibus, maledicentia, condemnationibus & excommunicationibus, eásq; excusent eò quod in reiurando obligati sint senarui Ecclesiastico, qui pridem erat, ad sui excusationem allegantes etiam quod Edictum ab eodem Senatu insciente fratre nostro, beatæ memorie, & magno aulæ Magistro ac consiliarij editum die 19. Iuli superiori anno 1583. statuimus & pronunciamus omnia huiusmodi iuramenta & prætensa edicta esse irrita, abrogata & annullata, nec quenquam ijs teneri, iniungentes omnibus nostris Superintendantibus, concionatoribus, Ecclesiārum Scholarumq; ministris ut hæc omnia prædicta & ipsorum causa statuta, Christiano zelo, studio & moderatione teneant & præstent.


Mandamus etiam severè nostris consiliarij, præfectis superioribus & inferioribus, Scultetis, consulibus, senioribus, senatibus & iudicijs ut per fidem, quam nobis dedere quāmque nobis debent fidelitate

tem, in hoc incumbant & hoc efficiant, quò ista supra dicta tūm ab omnibus tūm à singulis seruentur & fiant: & apud vtrosq; tam Ecclesiæ ministros quām apud auditores & populum Christiana Concordia & fraternitas constituatur & maneat: & si qui in conuictando, damnandōque vt hactenus factum est, perrexerint, hortentur ad modestiam & linguæ continentiam: Si ne hoc pacto quicquam apud eos profecerint, mature nobis istam contumaciam & petulantiam significant, facturis deinde quod nostri erit officij.

Atq; hoc ipso factum fuerit, quod Deo placet, proximo vtile & salutare est, & quod nos rectè sentimus, & seriò fieri volumus, seueritérq; mandamus.

*Confirmata nostro Sigillo, atq; edita Heydelbergæ die
19. Februarij, Anno à Christo nato M. D. X X C I V.*

F I N I S.



1826731



